


Hung. VI 6

207





Ung VI 6

Compingendum curavit
vix filii sumibus
Petrus Madács
a. 1762. h. t. r. e
Bibliothecarius,
Et quidem, ut tum e,
rant tempora, ingenti
pretio.

Domine Jesu Adsta Initiis!
Hungarico-Austriaco-
Moravo-Bohemico-Saxonicum,
DANIELIS JESSENI^a JESSEN
Thuroceno-Hungari,
ITINERARIUM,

quo casus,

qui,

dum ex *Montanis Hungariae,*
Saxosa Germaniae salutaret,
evenêre,

Sylvestri Musa,

prout

Per *curtam supellectilem,*
incommoda itineris
licuit,
evulsis

Jocoseriis plerumque usibus,
enucleantur.

Addita insuper est

illius, quae,

hic locorum subtus fumigat

Geographia.

Extrema,

in,

qui

in illustrissima ad Albim Academia

bibitur, Covent,

Satyra occupavit.

Anno

Saxona qVo teLLVs Vrens arDebat Vt Aethna ;
Herbosa [est noVa res] qVIppe fLagrabat hVMVS.

VIRIS | *Generosis* | *Dominis*
| *Nobilissimis* |

Per-*Illustri* | *Domino*
Consultissimo , |

FRANCISCO JUSTH,
Domino in Nezpall, Zambokreck &

sparsim alibi, itemqve in Septencz Uylalu, Nagy Répen
& partiatim alibi, Inclyti Comitatus Thurocensis Judici Appellatio-
num longe acutissimo, olim meæ juventæ Altiori, nunc Stu-
diorum Promotori indefesso, Domino veneratione
animi demissa colendissimo. observan-
dissimo &c. &c.

IOANNI GEORGIO

Beraudy /

Liberæ Regiæqve Montanæ Civi-
tatis Novifolij, Urburario, inclutz Germanicæ nationis Tri-
buno Plebis æstumatissimo, de re non minus literaria, quam
publica meritissimo, ante triennio, nunc æviter-
num Domino mente obsequiosissima præve-
niendo &c. &c.

hanc, ut ut jejunam Verificaturam, in æternum perenna-
turam grati animi debitæq; observantiæ tesseram d.d.d.
obstrictissimus Cultor

&

Dominicissimus Client
Daniel Jessenius à Jessen,
A CaDeMlz saGer.

L. M. I.
Scribendi illex.



Orrida, morbiferum, Germania, ob æ-
ra, genti,
Quam duxti Scythicis, Attila sæve,
plagis.
Obque venenatas, quas evomis undiq;
lymphas.
Attamen ob doctos terra beata
Viros.

Dum te [majores cupiens audire Camœnas]
Ut vel jam tandem conspiciare, peto.
Sideris ardentem, quem Sirius ejicit, æstum,
Dumque sub umbrifera fronde quietco, levans.
Fessa peroptato langvescunt corpora somno.
Dum, Tu rex hominum, vix vocitatus ades,
En! [altam nondum dederam per membra quietem,
In medio vigilans, quippe sopore fui]
Talia percipio confusi dicta fufurri:
Surge celer, saltus interiora pete.
Profilio subito trepidus, fractusque timore,
Hoc etenim nullus, qui loqueretur, erat.
Nec, nisi Palladium forsan numeraro volucrem,
Sunt objecta oculis corpora viva meis.
Haud † triste omen erat, sed erat, fixisse Minervam
Sedem ibi, per quam non pauca docendus eram.
Mox tamen excussio devincor lumina somno;
Qui mea nervose territa membra ligat.
Rursus percipio: *non ergo repente, viator,
Surges & saltus interiora petes?*
Me sequere, inquit adhæc. Si non commenta Poëtæ
Sunt, juste Cypriam credo fuisse Deam.
Illa profecto fuit generosa gratia formæ,
Quam vel Svada satis non celebrare queat.

*Ægyptiorum rex est
offensa sibi noctua col-
ligebat se morti adju-
dicatum. U. Urbs lu-
strata erat subito, ac
noctua Capitolium S.
P. Isro & L. Pediano
Coss. intrasset.*

Luc. 7. v. 38. Magda-
lena Syro & Eucha-
ria parentibus orsa,
Lazari soror inepti-
ente R. Textore officina
p. m. 660.

† Job. Jessenius à Jese
sen M. D.
* Alph. Arr. Rex Po-
stea dixit, quam Ca-
pua leſione Curtii
melancholiam discus-
ſiſſet: valeant Hip-
pocr. Imper. Galen.
Rex, Avicenna Prin-
ceps medicorum, un-
ſanitaris mee reſti-
tutor Curtius.

Tam fuit appoſite ſpecioſum corporis omne,
Ut neque, vel Couſ pingeret ipſe magis,
Virgo fuit, jucunda fuit, fuit una novemplex,
Nutritam dia quam fovet arte, chorus.
Virginæ lacrymæ facie ſplendente fluebant,
Candida proluxa terga tegente coma.
Hinc ego, Chriſte, pedes, Tibi, quæ deterſerat olim
Humectans oculis, rebar adeſſe mihi.
Verum Melpomene, (lacrymæ fluxique capilli
Conveniunt tragicis, quæ docet illa) fuit.
Ergo ſequor, tuto viridantem tramite lucum
Intro, ſenemque procul cerno federe virum.
Intonſus tremula citharas arcumque tenebat
[*Asperaturpe ſenex miles ad arma*] manu.
Augur Apollo fuit, cum me veniſſe videret,
Iſtud Grynæo prodidit ore melos:
Salve Pympleiſ olim peramande Camœniſ,
Tu, qui Fraxineum nomen & omen habes.
Ut † redivivus erat, qui* Rex clamatus in arte
Pæonia, de quo ſtipite germen ades.
Tunc ego, ſed tacitus: bimarem velut ire Corinthum,
Sic quoque Jessenio cuiſibet eſſe licet.
Accipe, quam teneo, quia mox modulabere, ſvave
Impellens Clariam, dulcis Alumne, lyram.
Accipe Threiciſ forſ docte in tendere nervos,
Seria facta canas, dicta jocosa canas.
Haud decet, ut juvenem damnosa ſilentia Vitam,
Quæ cata deluſit multa pericla, tegant.
In tua mortiferum torqvebo fervidus arcum
Viſcera, læſa gravi vulnere corda ſecans,
Parthica quo feriat præcordia quæque lagitta,
Occipies PEREGRE in ceciniffe TUUM.

Per-

Perculsa attonito vexantur corda tremore ;
 Ora proinde minus iussa futura negant.
 Ardua sed tamen ad Phœbi mandata regessi ,
 Exangvi caderent membra timore licet :
*Orpheu destitutor iussa ad modulamina cantu ,
 Nec do Castalios raucus ab ore sonos.*
 Ille, medebor huic, inquit, dulcissime, si me,
 Dum præeo, recta rite sequere via.
 Est mihi fons, a vide modo Tu Te ingurgita eodem,
 Mox non raucifonus Carmina multa vomes.
 Tunc super abruptos, scopulosa cacumina, colles,
 Vertice, qui separant æthera pene, meat.
 Nitore ego : lassò copiosæ in corpore guttæ
 Manant, dum frustra scandere summa volo.
 Est acclive solum, nec fixo copia standi
 Est pede, declivem concido semper humum.
 Despondens animum depressa in valle procumbo
 Defessus, mentes hoc subente meas :
 Nunc demum video vere dixisse Pœtam :
Non datur ad Musas currere lata via.
 Illarum quoniam nitebar visere Pindum,
 Nil Aganippeæ non bibiturus aquæ,
 Quam mihi sudanti cum non licuisset adire,
 Hausi non puri foeda fluentia lacus.
 Ima Parnassi qui sub radice quiescit,
 Et sacro præceps ex Helicone cadit.
 Hunc etiam extremis tantum libasse labellis
 Ripa, concessum est, impediante, mihi.
 Gustato minimum sensi venisse vigorem
 Tractandi Ismariam, Carmina pauca, chelyn.
 Hic sunt illa ; (sacri sed Vos ignoscite Vates
 Quod viles versus, Carmina pauca vocem)
*Extenuare Tuos, tenues sunt, desine versus ,
 Nil Tibi, postremo quod remanebit, erit.*

Zoilus.

Carmini-

Carmina pauca vocas, melius, si nulla vocasses.

Tunc etenim, quod res, nomen haberet, habet.

Quis non monstrum, quis non reputaret abortum,

Quando parit tenues crassa Minerva modos?

Auctor.

Qvis canis hocce latras? (puræ sermonibus aures
Impuris parcant.) Qvis canis hocce latras?

Zoilus

Ex rigido tetricum cognoscito scommate Momum,

Grandis ut è grandi nescitur ungue leo.

Auctor.

Te esse canem dixi, mirus tamen esse videris,

Dum reddit rabidum Te Tua bucca canem.

Nam canis à tergo robustos dentibus artus

Arripit, ignotos voce subinde fugans.

Tu meâ, qui notus sum, non à tergo, verum

A prima latrans Carmina fronte petis.

Terga pete, invenies Tibi quod, Virulente, mereris.

A tergo pœnas impius omnis habet!

Vostamen hæc MÆCENATES admittite, quamvis

Abjecta, in Vestrum paucula metra sinum.

Continget si Hippocrenen contingere fontem;

Pocla avido sitiens ore repleta bibam.

Et majora, volens Vestrum diffundere Nomen,

Vos PATRONORUM BIGA colenda, dabo.

Natura novitatis avida:

Huc igitur, qui Te nosti novitatis amore

Duci, qui ve solet sapius esse, trahi.

Accelera, Tibi polliceor, quod quæris, habebis,

Si modo non segnibus Carmina nostra legas.

*In Hunga-
ria.*

Posonium

à P. son. Ci-

ve Roma-

no excha-

tum

Ante, aliquantisper, quam venissemus eodem,

†Piso ubi, ceu fama est, ædificator erat.

Sollicitatus: iter celere faciamus, amando

Ajebam comiti, FRATER is esto, via.

Leni quadrupedem popylmate, sibilo & œstro

Exstimulans, quo sarrite vehebar, eqvum.

Saltet ut elato dumeta per ardua collo,

Inque superba nimis moenia promptus eat.

Obse-

Obsequitur, merito; [crebros non excipit ictus]
Namque scit hæc Dominum iussa dedisse suum.

Ast auscultato: *Saltus effusus in omnes,*
Dum fertur volucris multa per arva pede
For sit an ætherio volit at properantior Euro,
Ut feriat nitidi sidera clara Poli.

Dum penitus nullum sentit moderamen habena,
Concidit, & dura me male ponit humi.
Omnia prostrati lacerantur lora caballi,
Corpore nulla meo pars lacerata fuis.

Quam clemens Deus est, totum, qui terret Olympum,
Præcipit aligero plurima iussa choro.

Ut vadens manibus porter, ne forte lapillum
Offendam pedibus, ceu solet esse, meis.
In casu fuerat præsto sacer angelus isto,
Et bonus auxilium contulit ipse bonum.

Qui cadit, haud præstat quicquam, qui protinus inde
Surgit non tristis, præstat is artis opus.
Mox ego lætus humo surgo, mox tollo metipsum,
Ut monstrare queam nobilis artis opus.

Quod cito fit, male fit. Quæ turba vetusta Sophorum
Dixerat, exemplum comprobat illa frequens.

Labimur haud leviter, fani confurgimus. Inde
Auxiliatorem cernimus esse Deum.

Discite quo caute, qui illorum terga premetis,
Corpora lapsurus vestra feratis equis.

Suscipias temere, sine causa, nonque necessum,
Vivere vis multo faustior orbe? cave.

Ne tristere nimis, pauper STUDIOSE, caballus
Si non sit, quo Tu forte vehare, Tibi.

A Jove, si procul es, non es prope fulminis ictum.
Qui pedes incedit, non habet unde cadat.

Moenibus haud longe cum nos issemus ab illis,
Nomina quis fluvijs, clara, Vienna, dedit.

Ps. 92. 11.

Ufus in
formatoris

Consumtio-
rius.

Adhorratio
rius.

Dehorta-
torius

Consolato-
rius.

In Austria

PRO-

Protinus exultam jejune intravimus urbem,
Si modo, sed iuste, quæ urbs vocitetur, erit.
In qua miles erat depositus Cæsaris, is qui
Lunigero nostros arcet ab hoste Lares.
Ut legat & plures per vim compellat eorum,
Otia qui spreto, castra labore, colant.
Hic nobis metuendus erat, fera namque volebat
Quodvis obveniens robur ad arma trahi.
Quid fit? nos nostrum subito formavimus unum
Immutet mores qua ratione suos.
Id facit ille, joci natura factus ad omne,
Dum scit, nescio quem se simulare Virum.
Vino dobonæ quondam fidus servivit, ut ajunt:
Qui domino propriam debet habere gulam.
De consum fictis texit caput arte capillis,
Qui propendebant brachia firma tenus.
Atque latus, parvi baculo, fulcivit, inempto,
Nam tecta argento finis utrinque fuit.
Hinc etiam nimium rutilanti splendidus auro,
Dum Phoebus radiis percutiebat, erat,
More Ducum porro colludens pone subibat,
De quo magna dabunt pauca legenda, canis.
Dux erat, ergo ducis spatia tur ad instar in urbe,
Et graditur lentum per fora lata gradum.
Dumque ita non pulchras, sensim spatia tur ad ædes,
Fallitur, & multos fallit ubique Viros.
Fallitur ipse miser, semet quoque decipit ipsum;
Dum belli verum se putat esse Ducem.
Et fallit, dum sic simulat, quo miles inermis,
Quo belli veram se putet esse Ducem.
Pars saltus agitant, pars libant pocula Bacchi,
Parte alia conos decutiente novem.
Et pars fictitium mittunt sub clara draconem
Sidera, quo medium nube setaret iter.

Dum

Dum currus vidère feròs traxiffè jugales,
Noſtraqve ſplendentem plauſtra præiffè Ducem,
Concurrè ſtatim prompti, quo rite miniſtrent,
Pileolos nudis depoſuère comis.

Cui verò regimen concedebatur eorum:

Alta quis hæc, inquit, mœnia miles inis?

Dux coquus ajebat, conſcriptos cerne Clientes,

Qui dant militiæ nomina ſponte, vebo.

His, contra Patria auros, vel Caſaris hoſtes,

Mox peſſundandos; arma ferenda dabo.

Certo verſutus, ſi non dixiffet eidem

Tale, ſtatim nobis bella ſequenda forent.

Plauſibus excipiunt, dictum, puto, dextra dabatur

Pignus amicitiae, dextera falſa, novæ.

Evacuant cyathos, rubicunda Falerna, proinde,

Cæſarea validè præque ſalute bibunt.

Dum te, dum ſtomachus tumefactus, Jacchè fuiſſet,

Dux noſter, miſſa, perficit, urbe, viam.

Hic quoque curarum quamvis immerſus abyſſo,

Excusi riſum, dum loquor, iſta, mihi :

Omnia mutantur & nos mutamur in illis;

Quam benè, quam verè, doctè Poëta, refers.

Ante coquus fuerat: quantum mutatus ab illo!

Jam præſto belli Dux Generalis adest.

Diſce peregrinæ ſint quanta pericula vitæ!

Quantaque longinquæ, ſint mala diſce, viæ.

Informa.

Non didicit numeros miles! ſunt omnia tantum

Unum ipſi. Non vis credere Lector? habes:

Vi fit, Vi ivit, Vi pugnat, Vi fugat hoſtes,

Vi cadit, à bello Vique doloque redit.

Uno cuncta facit, Vi, ceu conſpeximus. Ergo

Indomitum quis non cenſeat eſſe VIRUM?

B

Nescio

Aug. cum Hieron. dif-
ceptabant. Num si-
mulare licitum esset?

Adh.

Dehor.

Hec tria presuppo-
ni Petrus Epist. 1. c. 3.

v. 15.

Consol.

In Austria.

Nescio cur dicas: * *scelus est simulatio grande;*

Qui merito veterum diceris esse Pater.

Nam quodcumque bonum verè progignit, id ipsum

Quis non *θεολογος* iudicet esse bonum?

Ante, locus num fit tutus perquire, viator,

Sic vitare sagax multa pericla potes.

Ne dicas quis sis vel quæ tua religio sit,

* Ni vir, ni tempus, ni locus illa velint.

Ne turbere via, qui vadis, quodque periculum

Evades, si non Te probeat ipse Deus.

Nota fides canis est, Dominum comitatur euntem,

Expellit fures, remque Iaremque tegit.

Dulcia permolli faciens alimenta palato,

Qui fictus nobis Dux Generalis erat.

Comprobat illius, (lector stupefactus abibis)

Qui novit mire ludicra multa canis.

Hic cognus obscura per opaca silentia luna,

Dum sol quadringos equore mergit equos.

Per fora magnifica temere vult ire Viennæ.

Famose cupiens tecta subire Lupæ.

Obviat opposita, fuit illa armata, cohorti,

(Quos dedit heros præda cruenta viros.)

Urque videbantur, quoniam [virtutis honesto

Multa tugi titulo crimina saepe solent.

Sacrati fuerant Musis, quascumque decenter

Tymbræus, veluti præses, Apollo regit.

Armatis septem cognus iste resistit inermis,

Quandoquidem per eos mox spoliandus erat.

In se stricta semel, mox ferra retusa restringit

Mucrone astute membra fodenda regens.

Infert quæque potest, Et fert, quæ vulnera debet,

Mox fert auxilium, dum videt ista, canis.

Latrat in immanes saltans, fera lumina, vultus,

Obvia mordaci corpora dente secat.

Mox

Mox lacerat faciem : mox vasti abdomina ventris :

Mox caput atque manus : tergora , crura , pedes .

*Sic salvat Dominum , pullos vincit que fugat que
Dum saltat velox , dum nocet ore ferox .*

Sed quid id implumes septem devincere pullos ?

Vincier horum etenim millia multa queunt .

R. Non pulli fuerant vitam queis * Roma dedisset

Etsi , quis vitam Roma dedisset , erant .

Quandoquidem pulli vel membra futura fuere ,

Sancta quibus JESU nomina VITA dedit .

Perfidus est omnis latro , fur , canis ore tuetur ,

Ergo huic credendum , quis minus esse putet ?

Omnibus est brutus virtus innata , Fidelis

Virtutis , quis non hic documenta videt ?

Falleris . Hic unus contra minus octo valebat .

R. Fallere tu potius ; namque fuere duo ,

Vilibus omnipotens , sceleratum animalibus orbem

Plectere , conjungit si modo velle , potest .

Intemeratam igitur nitamur ducere vitam ,

Ne brutum poenas axe iubente ferat .

Vos ergo nunquam nymphas inquirite amœnas ,

Qui dici noctis jure potestis aves .

Quin imo semper Nymphas donate Camœnas ,

Quæ male perduntur scorta petendo , moris

Noctivagi gladios , enses , nec tela timete !

Pro vobis ducunt mascula bella canes .

Ne mirere tamen Lector , fecisse latrantem

Tale , tibi poteris tutus habere fidem .

Istum qui genuit multo majora patrabat .

Non procul à proprio stipite poma cadunt .

Hinc Europæum qui mittebatur in orbem ,

Nuncia qui jussus , verba , Legatus ait ,

*Honor. R.I. gallinam
fovit diem Roma,
quam antetulis Ur-
bi Rome. Audito nam-
que: perit Roma, vi-
rus gallinam, ex arsit,
edoctis urbē, defervit*

Inform.

*Nec Hercules contra
duos. Confut.*

Aabor.

De bore.

Consol.

Et quod acontempno. Agarenorum* [exosum quod nomen iisdem)

floris ducant se origi- Cujus crudescens regna Tyrannis habet.
ne debere Agar ser- Ad nobis (toto LEOPOLDUS in orbe triumphet)

va Gen. 16. v. 1. Dicit e. Induperatorem terque quaterque bonum.

nim malunt Sarace- Pacis ut optatam victor lucretur olivam

ni à Sara, quippe qua Turca praescripta conditione fero.

Domina. Nomen ipsi, Florenis octoginta sibi sumsit eundem.

as non Anmov, conce- Tu vero demens, parcior esto, decem.

damus, derivantes
vel à קרר serik i.e.* Myriades hominum parvi divendidit ille,

pannus levis, vel à Qvi Solymam exuvias Titus habebat ovens.

קרר i.e. larro, fur, Prodigus iste, fide quod vix conceditur ulla;

nam sunt leves, vani, Tanti foetentem comparat Ecce canem!

fures, latrones, ibi vi- Qvis bene? neuter agit: peccasse videtur uterque;

vitur ex rapto. Con- Nam virtus medios occupat alma locos,

veniunt rebus nomi- Judæus parvo, magno canis ære paratur,

na sape suis. Hinc est acceptus forsitan iste magis.

*Plus minus q. quan- Cum mihi non notam prope venissemus in urbem,

cum conjicere est ex Vifa simul nobis hæc referebat anus:

Joseph. de bello Judæi

co. 1.7. c. 17.

Unus adest, Getico qui se committere Marti

Et circum fratrem ducere ad arma solet.

Frater hic, undenos quia vix processit ad annos,

Quæ gaudet lepidis leta juvenia jocis.

Ad laxandum animum dira sine felle columbas;

Si verum est, capiens impediēbat aves.

Hospes cum monitum leviter perstringit Et inquit:

Eccur non aliqua sede quiescis? HABES.

Tollit HABES pueris fratrisque cucurrit ad ades

Hospitii, tenero latus abinde pede.

Omnia commemorat, quæ facta fuere, frequentē

Singultu lacrymas impediēte leves.

Sumpturus Nemo sin miles mox currit eodem,

Frater ubi ingratas (verbera) coepit aves.

Et stricto valida valida haurit membra sinistra.

Hospitii, insiciens tecta cruore domus.

In Moravia.

Talla dum fieri, in thalamos allecta jugales

Non multo ante die, sponsa tenella vider.

Porrigit acclamans: baculum, cape, sponse, praeustum,

Nigro Germanum fuste repelle malum.

Conspicito miles, sursum servare maritam,

(Mox sub ea pungit vivida corda) manum.

Concidit illa tremens & toto corpore frigens,

Nec dedit extremum, chare marite, vale!

Non homicida ensi, pedibus fidebat, ad aras

Prosluit volucres cursu imitatus aves.

Dumque fugaretur dixit: capiatis eundem,

Et tamen is nequam, qui caperetur, erat.

Arripuit sancto pendens e limine ferrum,

Ne violante trahi posset abinde manu.

Ingressusque sacros latro sacer ille penates,

Incolit excelsi templa petenda DEL.

Octo nutritur, victum tribuente, diebus,

Audit legitima qui sine prole Pater.

Poenitet hunc, illi dum tale susurrat in aurem:

Per me quinque boni sic cecidere viri.

In templo fuerat Christus * tribus, octo diebus

Latro. Hunc ergo magis quis neget esse pium?

* Unius peccata latro, Christusque ferebat

* Cunctorum, hunc decuit sic magis esse pium.

Fallor! nam Pietas Christum, crimenque latronem

Duxit eo, pius is, non pius iste fuit

Luc. 2. v. 46

Ezech. 18. v. 4

Job. 1. v. 29.

Parva parit scintilla graves [incendia] flammis,

Parva parit magnum rixa subinde malum,

Infor.

Ille errat, quem sic quondam meminisse refertur:

Quilibet est turgur I Rex Dominusque sui.

Accidit ut veniat peregrinas advena in aedes

Vel simulare virum, vel violare virum.

Conf.

Utrum utro majus

Policice; Autium, ma-
gnum id, hoc item, No

Discite rixosi lites vitare minores,

Sic vobis pariet nulla duella dies.

Quis a lex, qua censetur

tur dignus, vi corruptens, plagis, persuasione autē, minutione capitis. Quod paradoxon doctissimi
tamen ignaris explicuit, quod mirere, Virgo: vi corruptens corpus solum, persuasione autem &
animum castitate exiit.

Debor. Qvi certant rabidi, non se miscete, maritis,
Vos, costa Adami, quas dedit una Patris.

Consol. Cædentem iniuste, justus, qui justa videbit
Nulla, Deus iuste iudicat. Ergo tace.

In Bohemia. Indelocum propere cum venissemus in unum
Distantem lapides forsitam inde duos.

Qveis Bellona magis præ Cynthio Apolline, qvinqve,
Et præ pace sequi bellica castra placet.

Altum, qv od tangit non mœnia celsa fluentum,
Et qv od inundat agros prataqve multa petunt.

Nudi [*sed procul hinc averrite blanda puella
Lumina, stellifero lumina digna Polo.*]

Brachia dum jactant, proni mox ventre vehuntur,
Mox tergo veluti mortua membra jacent.

*Audito Lector: media dum luditur unda,
Dumqve nimis tute nulla timetur aqua.*

*Præcipites cuncti gyro merguntur in arcto;
Vivus de cunctis qui foret, unus adest.*

Infor. Conficiunt elementa, qveat qvo vivere corpus,
Hæc quoqve conficiunt qvo moriatur idem,

Comprobat id *virgo, tali si credere fas est,
Cui fecit *dubiam prisca senecta fidem.

Comprobat hoc miles, tali si credere fas est,
Cui fecit *nullam prisca senecta fidem.

Hinc nulla est, dubia inde fides, cui fidere debes?
Fide sed ante vide, fidere utriqve potes.

Conficiunt, etenim qvovis *componitur inde.
Conficiunt subitam saepe creando necem.

Qvi propria liqvdam libertate exiit undam
Decipit. Est etenim libera, legis eger.

Sæpius, hoc possit qvi vivere liber in orbe,
Suffocat, poenas non tamen illa subit.

Caute vos, qvibus est laudi merfariet unda,
Frigidiore calens mergite corpus aqua.

Anna Maria à Schurmann: cuncta elementa genero.

Verba puellarum venientia leviora feruntur.

Nulla fides Punitasqve, qvæ castra servuntur.

Varo à Terra, humor aqua, aëther, ignis.

Præsertim vos, hinc, gentium à Deo. Critica 1.6.c. 12.

id. Quæst. 17. tam in mare sic liberum.

Mit-

Mittite confestim foecundas mittite Lymphas
Nec temerante liquens fumen inite pede.

Debor.

Facundum potius solertes quærite fontem,
Bellerophonteus quem pede fecit equus.
Indeque nectareos avidi potate liquores,
Manet ut e docto dulcior ore sapor.

adhore.

Gaude quod paucos habeas, sicca Africa, rivos,
Non multos in eis, qui moriantur, habes.

Consol.

Ardua prævastis clauduntur mœnia vallis,
Mœnia circuitus, Lipsia Pulchra, Tui.

In Saxonia

Prævasta exiguis clauduntur valla tigillis,
Valla suburbani, Lipsia picta, Tui.

Pratorum ampla patent inter vallumque, tigillaque
Ulla vix panda, falce secanda die.

Ut super herbifera lentus spariarer eadem
Me mens subtristis sollicitabar, humo.

Quippe melancholicus longis externus in oris
Quid nunc, curarum mole gravabar, agam?

In pratium veni, stans mœnia circumspexi,
Suspiciens grandes, culmina celsa, domus.

Corpora, sublimes, cœlo minitancia, turres,
Quæque stupenda tumens Lipsia plura fovet.

Dum spatior, dum quæro locum, dum deinde quiesco
Sub dumo, chartas dumque revolve meas.

Par relego versuum, mox par accurrit eorum,
In varia vitam qui statione trahunt.

Ac simul adveniunt sic expiscantur: *in isto*

Quid facti, haud fas est quem tibi adire, loco?

Legibus est verum, crudelibus ecce macharis!

Tu Nemesi infelix discernendus ades.

Vestibus extemplo certis spoliatus ut hostis

Ducor vel satius mœnia ad alta trahor.

Tunc turbatus ego: *quid? quid? va, nil ego certe,*

Huc ego cur? feci, parcite quæso, mali?

Festa fuit, toto quæ vult celebrari orbe,

Hanc etenim magnus sanxit JOVA, dies.

Vulgus adinstar aquæ post sacra peracta movetur,

Tempus paulatim quo spatiando terat.

Me videt, atque videt me de regione venire

Extera, in Hunniaca dum chlamyde ire videt.

Dum trahor, ille stupet, miratur, condolet, inquit;
Panno est, huc paucos appulit ante dies.
Ultero tamen rapior, casulam deducor in unam,
Hic genus armorum quodque jacebat humi.
Intro non paucus, persæpe reciproca, miles
Qvi stationis obit munia jussus, erat.
Tunc ego, sed nimium pavitans sic ordior, hæsit
Qvippe repentino lingua ligata metu:
Qvid facitis? vestra vos libertate patris
Majora, hæc vobis aspèra quæque ferent.
En ego Saxonico venio peregrinus in orbe.
Ultra quid cupitis? *sum studiosus ad hæc.*
Argumenta novi manifesta dedere pudoris
Auditio: *liber sum studiosus ad hæc.*
Consultum, properant celeresque feruntur, eundem
Ipsis præpositi qui Ducis instar erat.
Solvise cum, bruta, & nullum sufflumen eidem
Ponte, consultus talia dixit, est.
Aurea libertas & jus Academico, ab illo,
Qvi tua, rase, tenet, sceptrâ Polone, datur.
Audit grande animal, prosternens omnia civis
Calcans, Gymnasio par, Academe, Tuo.
Salvor, dum solvor, solvor, dnm solvo numisma,
Ære metuque meo solvor, & inde meo,
Territus atque tremens, tristis, per pallidus, æger,
Ex se ceû raptus, vix semivivus homo.
Ingredior claram non fausti sideris urbem,
Et repeto hospitii tecta relicta mei.
Enucleo questus mecum res ordine gestas,
Dum gibbosa super talia dicit anus:
Ecce *nihil fecit* tamen has Rhamnusia poenas
Fert, a sanguineo milite captus erat.
R. Stulta es, nam poenas ideo fero jure, tulique,
Otia quod sectans, fecerim, iniqua, *nihil.*
Namque ego, nî focors venissem ad florida Tempe
Indulgens genio, pigra Vacuna, Tuo.
Sed distinxissem justo momenta labore,
Declinaturus, quod patiebar, eram.

Infor.

Infaustos reddit spatatio sæpe, facitque
Ut vitient alios, vel vitientur ii.

Er-

Errant qui dicunt: *medium tenuere beati.*

Nam medius, captus quando tenebar, eram.
Nec tamen agnovi, cur dicerer inde beatus,
Par, nisi servorum, quod mihi forte fuit.

Conf.

Discite literulas juvenilia pectora, Juris
Tantum legitimus si *studiosus* habet.

Disce domi solers, nec quare loca apta studendo,
Obvia tūm temerè scandere cuncta cave.

Adhor.

Dehor.

Ne turbere, malo, si fors, Academice, grandi
Opprimeris, vel res si Tibi curta domi.
Fructum hujus capies. *Minimum est, quod nomine saltem
Militis obtundes ferrea corda crucis.*

Confur.

Anno, qui seculi post incunabula Christi

Tersexti primus dicitur atque caput.
Dicitur esse caput, quod fallitur arte putandi,
Dum sequor ingenium, nescia turba, Tuum.
Nam satius (* quanquam res sit perplexa) secundum
Dicas post octo secula, postque novem,
Hoc errore mihi natura videtur abuisse.
Oblita est cursus forsitan ipsa sui.

1701. Juxta
Viteberg.

Reddidit innatas elementa relinquere leges,
In contra nisi præcipitante rapi.
Arida dum tellus fumos protruderet, ignes
Nam siccos madidis eliciebat agris.
Rem Tibi germane pandam, Tu pande rogatus
Aures aut oculos, Lector amande, Tuos:

Est locus haud illa projectus protenus urbe,
Quæ prius ex * albo monte vocata fuit.
(Ejus munimen piscosa allabatur unda,
Nomina de fluviis * undecim eburna trahens.
Urbs simplex, studii; quoniam veneranda moveri
Numina sincera simplicitate videt.

Ambigit haud Titulos, sublimia verba, superbos.
Frangit cunctipotens iurgia quæque Deum.
Fastidit tota splendentia nomina mente,
Quæ sibi fictitia de Pietate ferens.
Doctrinam primis latam complectitur annis
Servans Articulos, sancte Luthere, Tuos.

Cumque fere cunctas Germania deficit urbes,
Flectens à catu, Maxime CHRISTE, Tuo.
Scoretur, falsos nimirum adamando Prophetas,
Frangens promissam, spemque sacratam, fidem.

Scal. secutus Dion.
Exigium 1699. Batavis
autem 97. volvi existi-
mani annum.

Wittenberg veni
ex weissenberg, hinc
Leukoepa.
Albis Elbe descen-
dit ab aillse quia in
studii conveniunt

Uni-

Unica virgo Tibi manet illibata, vetustam,
Dum nova confutat dogmata falsa, fidem.
Quod placuit reliquis, tantum VITEBERGA negavit:
Est potis hac portis sculpera verba sua.
Quae tot Martinos, tot Justos, totque Philippos
Hoc nutrit placido tempore grata sinu.
Quos percussa olim veniens mirabitur aetas
Decantandos à posteritate viros.
Est locus haud illa projectus protenus Urbs,
(Apponam mensa fercla recocta mea.)
Quem condensatos atra caligine fumos,
[Ac simul acta sacri festa Johannis erant.
Qui Christum ante die vita mortisque cucurrit,
Ut magis praecursor verior inde cluat.]
Exhalasse stupens primo conspexerat orbis,
Fumos quis fornax impetuosa furit.
Cernito Saxoniam, fumantia compita, terram,
Cernes, quod Siculum perfluit amne solam.
Non equidem horrificis tonat, ut tonat Aena, ruinis,
Imto vindex ut sonat axe Deus.
Dum violenta movet reboante tonitrua caelo,
Et vibrat ignivoma fulmina torta manu.
Non interdum atram prorumpit ad aethera nubem,
Possit ut in superos missa favilla rapi.
Sidera flammarum non depascentia lambunt,
Ignea non densos spargit ad aethra globos.
Non rullas scopulos, avulsave viscera montis
Erigit, illasas impetio acta Deos.
Saxa nec expansas torquet liquefacta sub auras
Cum gemitu glomerans, cumque fragore ferens.
Non, inquam, facit haec, sed fundo exaestuans imo,
Urenti calidos et foveat igne focos.
Turbine fumantem picco vomit ore vaporem,
Qui regat explicitos, aera, nube, polos.
Est nemus arboribus, spinetis, gramine densum,
Quod primo flammis nuncia signa dedit.
Sedibus emote, grandissima corpora, quereus
Exese interno forte calore, cadunt,
Quaque fluunt placidi (dictu mirabile) rivus,
Ascendens mediis fumus inheret aquis.
Sive pecus cinerem post manta incendia calcet,
Aut perit, aut claudum mox abis inde pedes.

*Serpis in oppositum, mendacia mapalia, pagum,
Qui non bi denis passibus inde jacet.
Obruta cuncta vorans, quod ne sinat, aggero cingis
Rustica ibi degens, seque suosque, cohors.
Scilicet humanis divina potentia vallis
Naturaque potest claudier atque capi!*

Nunc pluit altus aqvas, ut crimina nostra fleamus,
Lucida qui valido concutit astra pede.

Inform.

Nunc, quoniam lacrymas duri non sponte clemus,
Efficit, ut fumis eliciamus eos.

In fletus igitur propter peccata feramur,

Adb.

Nil, his extinctis, cur lacrymemur, erit.

Nil frustra natura facit; fraudetur oportet

Ergo, non aliquid significare putans.

Conf.

Naturale etiam virga est, sed, si illa feratur,

Natis iratum connotat esse Patrem.

Hac empacta cave, quo naturalia parvi,

Quem non ulla movent signa stupenda, putes.

Si Tua non solitus magalia corripit ignis,

Consol.

Quod metuis fumo, proxime vice, novo.

Exulta, querulo suffer fomenta dolori,

Quippe novas poteris incoluisse casas,

Vel quoad in cineres iterum redigere volantes,

Vel quoad immenso vixeris orbe

S A T I S.

Plura quidem scripturus eram nisi vera putassem,

Quae nescunt talem scripta legenda modum:

Scribere vana nihil prodest, res se probat ipsam.

Nam lector melior redditur inde minus.

Scribendi.

Quicquid iter tulit, id si scribes, vana notabis

obex.

Nam legimus: vanum est, quicquid in orbe vides.

Ergo quicquid iter tulit, id conferbere prodest

(Metro quantumvis sponte fluente,) nihil.

Satira in COVENT.

COVENT Cingaruis aptissima pocula mensis,

Verum Pannonibus diu venena meis.

Que sacra te coxit, primoque eduxit in auras,

Nescio quò certe digna sit illa manus.

Carnificina potest dici, vel dicere de se,

Quod formidando Marte cruentus ait:

Sat mea sat crudas cumulabit dextera mortès

Accelerans tragicam, fara suprema, nocem

Fulminea, ut reputo, commoti numinis ira
 Ceu panam Sygii Te separavit aquis.
 Partite Dii (tantane animis cœlestibus ira?)
 Non ista nostrum plebete peste scelus.
 Derivata luem hanc prædant ubi Turcus, campæ
 Propitii in barathrum præcipitate lacum.
 Te gens Hunnorum tenebroso devovet orco,
 Nec primis gustans toxica dira labris.
 Aversa te menta etiam fastidit & horret
 Qui, quamvis modicas, accumulavit opes.
 Qui bibit, is sterili, tenuissima Carmina Vena
 Paupere guttatim promet egenus ope.
 Namque Pœtarum tu non es hajulus, æquæ
 Frigida, fers ut fert, carmina potora aqua.
 Cui tu cunque sapis, quia non sapi, haud sapit ille,
 Sed sapiet proprio cautior usque malo.
 Aspera dum sicco sapiet medicina palato,
 Nec sapient sapidis, suavia fercla, cibi.
 Te multi (nova res) non sine licet ebria turba,
 Præscripto Medici sumpta alimenta vomunt.
 At qui convalluit, cupide hac aconita bibentes
 Ridet, id ex morbo commoditatis habens.
 Ducite damnatum, qui vultis, ducite Covent,
 Hunnis Hungaricum proluat ora merum.

Ad Zoilum dum scindis mordax lantanti hac, Zoile, dente,
 Quam male (condaleo) consilia ipse Tibi!
 Te esse rudem, non esse Tuum hunc cessare laborem.
 Tractat inhumana dura noverca manu.
 Mi mea morderes, mea, si que est, que mihi Musa
 Parturit, acciperes matris at instar ea.
 Delphica habereris, que est sacra, Pœta, corollâ,
 Eæternumque malo dignus in orbe cani.
 Quippe videreris non filius Carminis auctor.
 Humana irællat mater amica manu.
 Auctor ego lambi, non metra ligata mormordi,
 Hinc rectè fatum dixeris esse meum.
 Tu quoque fac similis, lambas, nec dente laceffa;
 Dicere, ac auctor Carminis hujus eris.
 Spondes, at non stas, non stas, is carmina morsum,
 Sic canis ad vomitum, more trahente, redis.
 Sermovirum reddit si non violetur, eundem
 Te quia non reddit, dicere jure canis.

Umg. VI 6

VD 77





93

Domine Jesu Adsta Initiis!
Hungarico-Auftriaco-
Moravo-Bohemico-Saxonicum,
DANIELIS JESSENI^a JESSEN
Thuroceno-Hungari,
ITINERARIUM,

quo casûs,
qui,
dum ex *Montanis Hungariae,*
Saxosa Germaniae salutaret,
evenêre,
Sylvestri Musa,
prout
Per *curtam supellectilem,*
incommoda itineris
licuit,
evulsis
Jocoseriis plerumque usibus,
enucleantur.
Addita insuper est
illius, quae,
hic locorum subtus fumigat
Geographia.
Extrema,
in,
qui

in illustrissima ad Albim Academia

bibitur, *Covent,*
Satyra occupavit.

Anno

Saxona qVo teLLVs Vrens arDebat Vt Æthna ;
Herbosa [est noVa res] qVippe fLagrabat hVMVS.

620
171
1701